Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pro nobis mortuus est. Si ergo nos ad hoc ipsum cohortatur dicens.
Estote ergo imitatores dei sicut filii carissimi. et ambulate in
dilectione sicut et xpc dilexit nos. et tradidit semetipsum pro nobis hostiam et oblationem deo. Humquam autem percepit
hoc iustus et clemens ds. nisi utique etiam possibilitatem
nobis donasset. Insee enim hoc naturae nostrae. cum etiam bestiis ut animalibus; ergo eos qui beneficium aliquid praestiterint inest naturalis affectus. quis autem tantum beneficium
amicis praestat. quantum inimicus cum nobis causa beatitudinis efficitur. illi usque dicit dominus. beati estis cum persequentur vos et exprobraverint et dicent omne malum adversum
vos mentientes propter me. Gaudete et exultate. quoniam
merces vestra multa est in caelis.

Quid est quod dicit apls. irascimini et nolite peccare. Si sol non occidat super iracundiam vestram. cum aliis
oxerit omnis amaritudo. ut ira. ut indignatio auferatur a vobis.

Arbitror in hoc loco aplm secundum imitationem domini
hoc locutum esse. sic enim in euangelio dns ducebat.
audistis quia dictum est antiquis hoc ut illud.
et ipse addebat dicens. Ego autem dico vobis hoc ut illud.
Ita etiam apls cum prius meminisset antiquitatis. hoc quod
dicitur. irascimini et nolite peccare. paulo post addit
quod dixerat. et quod nos convenerat dicens. Omnis
amaritudo et ira et indignatio et clamor auferatur a vobis.

Quid est dare locum irae.

Non resistere malo secundum quod scriptum est. Si quis te
percusserit te in dexteram maxillam praebe et alteram.